



# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.



Vsebina: 20. Epistola Encyclica Leonis PP. XIII. ad Americanos. —  
21. Litaniye presvetega Srca Jezusovega. — 22. Vspored za posvetovanje s  
čč. gg. dekani. — 23. Vprašanje za pastoralne konferenčije v letu 1899. —  
24. Kanonična vizitacija in sv. birma. — 25. Zahvala čč. gg. duhovnikom in  
ljudstvu. — 26. Orationes imperatae. — 27. C. kr. konservatorji za kronovino  
Kranjsko. — 28. Vpošiljanje ex offo mrtvaških listov vojaških oseb. —  
29. Missae diebus festis suppressis et in casu binationis. — 30. Konkurzni  
razpis. — 31. Škofijska kronika.



20.

DILECTO FILIO NOSTRO  
IACOBO TIT. SANCTAE MARIAE TRANS TIBERIM  
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI GIBBONS  
ARCHIEPISCOPO BALTIMORENSI

LEO PP. XIII.

DILECTE FILI NOSTER  
SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Testem benevolentiae Nostrae hanc ad te epistolam  
mittimus, eius nempe benevolentiae, quam, diurno  
Pontificatus Nostri cursu, tibi et Episcopis collegis tuis  
ac populo Americae universo profiteri nunquam desti-  
timus, occasionem omnem libenter nacti sive ex felicibus  
Ecclesiae vestrae incrementis, sive ex utiliter a vobis  
recteque gestis ad catholicorum rationes tutandas et  
evehendas. Quin imo saepe etiam accidit egregiam in  
gente vestra indolem suspicere et admirari ad praecella  
quaecum experrectam, atque ad ea prosequenda, quae  
humanitatem omnem iuvant splendoremque civitatis. —  
Quamvis autem non eo nunc spectet epistola ut aliás  
saepe tributas laudes confirmet, sed ut nonnulla potius  
cavenda et corrigenda significet; quia tamen eādem  
apostolica caritate conscripta est, qua vos et prosequuti  
semper et alloquuti saepe fuimus, iure expectamus, ut  
hanc pariter amoris Nostri argumentum censeatis; idque  
eo magis futurum confidimus quod apta nataque ea sit  
ad contentiones quasdam extinguendas, quae, exortae  
nuper in vobis, etsi non omnium, at multorum certe  
animos, haud mediocri pacis detimento, perturbant.

Compertum tibi est, dilekte Fili Noster, librum de  
vita *Isaaci-Thomae Hecker*, eorum praeclarum opera,  
qui aliena lingua edendum vel interpretandum susce-

perunt, controversias excitasse non modicas ob invectas  
quasdam de ratione christiane vivendi opiniones. Nos  
igitur, ut integritati fidei, pro supremo Apostolatus mu-  
nere, prospiciamus et fidelium securitati caveamus, vo-  
lumus de re universa fusiori sermone ad te scribere.

Novarum igitur, quas diximus, opinionum id fere  
constituitur fundamentum: quo facilis qui dissident ad  
catholicam sapientiam traducantur, debere Ecclesiam ad  
adulti saeculi humanitatem aliquanto propius accedere,  
ac, veteri relaxata severitate, recens invectis populorum  
placitis ac rationibus indulgere. Id autem non de vivendi  
solum disciplina, sed de doctrinis etiam, quibus *fidei depositum* continetur, intelligendum esse multi arbit-  
rantur. Opportunum enim esse contendunt, ad voluntates discordium allicendas, si quaedam doctrinae capita,  
quasi levioris momenti, praetermittantur, aut moliantur  
ita, ut non eundem retineant sensum quem constanter  
tenuit Ecclesia. — Id porro, dilekte Fili Noster, quam  
improbando sit consilio excogitatum, haud longo ser-  
mone indiget; si modo doctrinae ratio atque origo repe-  
tatur, quam tradit Ecclesia. Ad rem Vaticana Synodus:  
„Neque enim fidei doctrina, quam Deus revelavit, velut  
„philosophicum inventum proposita est humanis ingenii  
„perficienda, sed tamquam divinum depositum Christi

„Sponsae tradita fideliter custodienda et infallibiliter declaranda... Is sensus sacrorum dogmatum perpetuo est retinendus, quem semel declaravit Sancta Mater Ecclesia, nec unquam ab eo sensu altioris intelligentiae „specie et nomine recedendum.“<sup>1)</sup>

Neque omnino vacare culpa censendum est silentium illud, quo catholicae doctrinae principia quaedam consulto praeteruntur ac veluti oblivious obscurantur. — Veritatum namque omnium, quotquot christiana disciplina complectitur, unus atque idem auctor est et magister *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris.*<sup>2)</sup> Easdem vero ad aetates quaslibet ac gentes accommodatas esse, perspicue ex verbis colligitur, quibus ipse Christus apostolos est alloquutus: *Euntes docete omnes gentes... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.*<sup>3)</sup> Quapropter idem Vaticanum Concilium: „Fide divina, inquit, et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia, sive sollemni iudicio sive ordinario et universali magisterio, tamquam divinitus revelata credenda proponuntur.“<sup>4)</sup> — Absit igitur ut de tradita divinitus doctrina quidpiam quis detrahatur vel consilio quovis praeterereat; id enim qui faxit, potius catholicos seiungere ab Ecclesia, quam qui dissident ad Ecclesiam transferre volet. Redeant, nil enim Nobis optatius, redeant universi, quicumque ab ovili Christi vagantur longius; non alio tamen itinere, quam quod Christus ipse monstravit.

Disciplina autem vivendi, quae catholicis hominibus datur, non eiusmodi est, quae, pro temporum et locorum varietate, temperationem omnem reiiciat. — Habet profecto Ecclesia, inditum ab Auctore suo, clemens ingenium et misericors; quam ob causam, inde a sui exordio, id praestitit libens, quod Paulus Apostolus de se profitebatur: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.*<sup>5)</sup> — Aetatum vero praeteritarum omnium historia testis est, Sedem hanc Apostolicam, cui, non magisterium modo, sed supremum etiam regimen totius Ecclesiae tributum est, constanter quidem *in eodem dogmate, eodem sensu eademque sententia*<sup>6)</sup> haesisse; at vivendi disciplinam ita semper moderari consuevisse, ut, divino incolumi iure, diversarum adeo gentium, quas amplectitur, mores et rationes nunquam neglexerit. Id si postulet animorum salus, nunc etiam facturam quis dubitet? — Non hoc tamen privatorum hominum arbitrio definiendum, qui fere specie recti decipiuntur; sed Ecclesiae iudicium esse oportet: in coeque acquiescere omnes necesse est, quicumque Pii VI decessoris Nostri reprehensionem cavere malunt. Qui quidem propositionem LXXVIII synodi Pistoriensis „Ecclesiae ac Spiritui Dei

quo ipsa regitur iniuriosam *edixit*, quatenus examini subiicit disciplinam ab Ecclesia constitutam et probatam, quasi Ecclesia disciplinam constituere possit inutilem et onerosiorem quam libertas christiana patiatur.“

In causa tamen de qua loquimur, dilekte Fili Noster, plus affert periculi estque magis catholicae doctrinae disciplinaeque infestum consilium illud, quo rerum novarum sectatores arbitrantur libertatem quandam in Ecclesiam esse inducendam, ut, constricta quodammodo potestatis vi ac vigilantia, liceat fidelibus suo cuiusque ingenio actuosaeque virtuti largius aliquanto indulgere. Hoc nimur requiri affirmant ad libertatis eius exemplum, quae, recentius innecta, civilis fere communitatis ius modo ac fundamentum est. — De qua nos fuse admodum loquuti sumus in iis Litteris, quas de civitatum constitutione ad Episcopos dedimus universos; ubi etiam ostendimus, quid inter Ecclesiam, quae iure divino est, intersit ceterasque consociationes omnes, quae libera hominum voluntate vigent. — Praestat igitur quandam potius notare opinionem, quae quasi argumentum afferatur ad hanc catholicis libertatem suadendam. Aiunt enim, de Romani Pontificis infallibili magisterio, post solemne iudicium de ipso latum in Vaticana Synodo, nihil iam oportere esse sollicitos; quam ob rem, eo iam in tuto collocato, posse nunc ampliorem cuivis ad cogitandum atque agendum patere campum. — Praeposterum sane arguendi genus: si quid enim ex magisterio Ecclesiae infallibili suadet ratio, hoc certe est, ut ab eo ne quis velit discedere, imo omnes eidem se penitus imbuendos ac moderandos dent, quo facilius a privato quovis errore serventur immunes. Accedit, ut ii, qui sic arguunt, a providentis Dei sapientia discedant admodum; quae, quum Sedis Apostolicae auctoritatem et magisterium affirmata solemniore iudicio voluit, idcirco voluit maxime, ut pericula praesentium temporum animis catholicorum efficacius caveret. Licentia quae passim cum libertate confunditur; quidvis loquendi obloquendique libido; facultas denique quidlibet sentiendi litterarumque formis exprimendi, tenebras tam alte mentibus obsfuderunt, ut maior nunc quam ante sit magisterii usus et necessitas, ne a conscientia quis officioque abstrahatur. — Abest profecto a Nobis ut quaecumque horum temporum ingenium parit, omnia repudiemus; quin potius quidquid indagando veri aut enitendo boni attingitur, ad patrimonium doctrinae augendum publicaeque prosperitatis fines proferendos, libentibus sane Nobis, accedit. Id tamen omne, ne solidae utilitatis sit expers, esse ac vigere nequam quam debet, Ecclesiae auctoritate sapientiaque posthabita.

Sequitur ut ad ea veniamus quae ex his, quas attigimus, opinionibus consecaria veluti proferuntur; in quibus si mens, ut credimus, non mala, at certe res carere suspicione minime videbuntur. — Principio enim externum magisterium omne ab iis, qui christianae perfectioni adipiscendae studere velint, tamquam super-

<sup>1)</sup> Const. de Fid. cath. c. IV. — <sup>2)</sup> Ioann. I, 18. — <sup>3)</sup> Matth. XXVIII, 19 s. — <sup>4)</sup> Const. de Fid. cath. c. III. — <sup>5)</sup> I Cor. IX, 22. — <sup>6)</sup> Conc. Vatic. Ibid. c. IV.

fluum, immo etiam minus utile, reiicitur: ampliora, aiunt, atque uberiora nunc quam elapsis temporibus, in animos fidelium Spiritus Sanctus influit charismata, cosque, medio nemine, docet arcano quodam instinctu atque agit. — Non levis profecto temeritatis est velle modum metiri, quo Deus cum hominibus communicet; id enim unice ex eius voluntate pendet, estque ipse munerum suorum liberrimus dispensator. *Spiritus ubi vult spirat.*<sup>1)</sup> *Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.*<sup>2)</sup> — Equis autem repetens Apostolorum historiam, exordientis Ecclesiae fidem, fortissimorum martyrum certamina et caedes, veteres denique plerasque aetates sanctissimum hominum foecundissimas, audeat priora tempora praesentibus componere eaque affirmare minore Spiritus Sancti effusione donata? Sed, his omissis, Spiritum Sanctum secreto illapsu in animis iustorum agere eosque admonitionibus et impulsionibus excitare, nullus est qui ambigat; id ni foret, externum quodvis praesidium et magisterium inane esset. „Si quis ... salutari, id est evangelicae praedicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo veritati, haeretico fallitur spiritu.“<sup>3)</sup> Verum, quod etiam experiendo novimus, hac Sancti Spiritus admonitiones et impulsiones plerumque, non sine quodam externi magisterii adiumento ac veluti comparatione, persentiantur. „Ipse, ad rem Augustinus, in bonis arboribus cooperatur fructum, qui et forinsecus rigat atque excusat per quemlibet ministrum, et per se dat intrinsecus incrementum.“<sup>4)</sup> Scilicet ad communem legem id pertinet, qua Deus prouidentissimus, ut homines plerumque fere per homines salvandos decrevit, ita illos, quos ad praestantiores sanctimoniae gradum advocat, per homines eo perducendos constituit, „ut nimur, quemadmodum Chrysostomus ait, per homines a Deo discamus.“<sup>5)</sup> Praeclarum eius rei exemplum, ipso Ecclesiae exordio, positum habemus: quamvis enim Saulus, *spirans minarum et caedis,*<sup>6)</sup> Christi ipsis vocem audivisset ab eoque quaevisisset: *Domine, quid me vis facere;* Damascum tamen ad Ananiam missus est: *Ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* — Accedit praeterea, quod qui perfectiora sectantur, hoc ipso quod ineunt intentatam plerisque viam, sunt magis errori obnoxii, ideoque magis quam ceteri doctore aduce indigent. — Atque haec agendi ratio iugiter in Ecclesia obtinuit; hanc ad unum omnes doctrinam professi sunt, quotquot, decursu saeculorum, sapientia ac sanctitate floruerunt; quam qui respuant, temere profecto ac periculose respuent.

<sup>1)</sup> Ioann. III, 8. — <sup>2)</sup> Eph. IV, 7. — <sup>3)</sup> Conc. Arausic. II, can. VII. — <sup>4)</sup> De Grat. Christi c. XIX. — <sup>5)</sup> Hom. I, in Inscr. altar. — <sup>6)</sup> Act. Ap. c. IX.

Rem tamen bene penitus consideranti, sublato etiam externo quovis moderatore, vix appetet in novatorum sententia quorsum pertinere debeat uberior ille Spiritus Sancti influxus, quem adeo extollunt. — Profecto maxime in excolendis virtutibus Spiritus Sancti praesidio opus est omnino: verum qui nova sectari adamant, naturales virtutes praeter modum efferunt, quasi hae praesentis aetatis moribus ac necessitatibus respondeant aptius, iisque exornari praestet, quod hominem paratorem ad agendum ac strenuorem faciant. — Difficile quidem intellectu est, eos, qui christiana sapientia imbuantur, posse naturales virtutes supernaturalibus anteferre, maioremque illis efficacitatem ac foecunditatem tribuere. Ergone natura, accidente gratia, infirmior erit, quam si suis ipsa viribus permittatur? Num vero homines sanctissimi, quos Ecclesia observat palamque colit, imbecillos se atque ineptos in naturae ordine probavere quod christianis virtutibus excelluerunt? Atqui, etsi naturalium virtutum praeclaros quandoque actus mirari licet, quotus tamen quisque est inter homines qui naturalium virtutum habitu reapse polleat? Quis enim est, qui animi perturbationibus, iisque vehementibus non incitetur? Quibus constanter superandis, sicut etiam universae legi in ipso naturae ordine servandae, divino quodam subsidio iuvari hominem necesse est. Singulares vero actus, quos supra innuimus, saepe, si intimius perspiciantur, speciem potius virtutis quam veritatem praese ferunt. — Sed demus tamen esse: si *curre in vacuum* quis nolit aeternamque oblivisci beatitatem, cui nos benigne destinat Deus, ecquid naturales virtutes habent utilitatis, nisi divinae gratiae munus ac robur accedat? Apte quidem Augustinus: „Magnae vires et cursus celerrimus, sed praeter viam.“<sup>1)</sup> Sicut enim praesidio gratiae natura hominum, quae, ob communem noxam, in vitium ac dedecus prolapsa erat, erigitur novaque nobilitate evehitur ac roboratur; ita etiam virtutes, quae non solis naturae viribus, sed eiusdem ope gratiae exercentur, et foecundae fiunt beatitatis perpetuo mansurae et solidiores ac firmiores existunt.

Cum hac de naturalibus virtutibus sententia, alia cohaeret admodum, qua christiana virtutes universae in duo quasi genera dispartiuntur, in *passivas*, ut aiunt, atque *activas*; adduntque, illas in elapsis aetatis convenisse melius, has cum praesenti magis congruere. — De qua quidem divisione virtutum quid sentiendum sit, res est in medio posita; virtus enim, quae vere *passiva* sit, nec est nec esse potest. „Virtus, sic sanctus Thomas, nominat quandam potentiae perfectionem; finis autem potentiae actus est; et nihil est aliud actus virtutis, quam bonus usus liberi arbitrii;“<sup>2)</sup> adiuvante utique Dei gratia, si virtutis actus supernaturalis sit. — Christianas autem virtutes, alias temporibus aliis

<sup>1)</sup> In Ps. XXXI, 4. — <sup>2)</sup> I. II. a. 1.

accommodatas esse, is solum velit, qui Apostoli verba non meminerit: *Quos praescivit, hos et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.*<sup>1)</sup> Magister et exemplar sanctitatis omnis Christus est; ad cuius regulam aptari omnes necesse est, quotquot averti beatorum sedibus inseri. Iamvero, haud mutatur Christus progradientibus saeculis; sed *idem heri et hodie et in saecula.*<sup>2)</sup> Ad omnium igitur aetatum homines pertinet illud: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde;*<sup>3)</sup> nulloque non tempore Christus se nobis exhibet *factum obedientem usque ad mortem;*<sup>4)</sup> valetque quavis aetate Apostoli sententia: *Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis suis.*<sup>5)</sup> — Quas utinam virtutes multo nunc plures sic colerent, ut homines sanctissimi praeteritorum temporum! Qui demissione animi, obedientia, abstinentia, *potentes fuerunt opere et sermone*, emolumen maximo nedum religiosae rei sed publicae ac civilis.

Ex quo virtutum evangelicarum veluti contemptu, quae perperam *passiva* appellantur, primum erat sequi, ut religiosae etiam vitae despectus sensim per animos pervaderet. Atque id novarum opinionum fautoribus commune esse, coniicimus ex eorum sententiis quibusdam circa vota quae Ordines religiosi nuncupant. Aiant enim, illa ab ingenio aetatis nostrae dissidere plurimum, utpote quae humanae libertatis fines coercent; esseque ad infirmos animos magis quam ad fortis apta; nec admodum valere ad christianam perfectionem humanaeque consociationis bonum, quin potius utrique rei obstatre atque officere. — Verum haec quam falso dicantur, ex usu doctrinaque Ecclesiae facile patet, cui religiosum vivendi genus maxime semper probatum est. Nec sane immerito: nam qui, a Deo vocati, illud sponte sua amplectantur, non contenti communibus praceptorum officiis, in evangelica euntis consilia, Christo se milites strenuos paratosque ostendunt. Hocne debilium esse animorum putabimus? aut ad perfectiorem vitae modum inutile aut noxiun? Qui ita se votorum religione obstringunt, adeo sunt a libertatis iactura remoti, ut multo pleniore ac nobiliore fruantur, ea nempe *qua Christus nos liberavit.*<sup>6)</sup>

Quod autem addunt, religiosam vivendi rationem aut non omnino aut parum Ecclesiae iuvandae esse, praeterquamquod religiosis Ordinibus invidiosum est, nemo unus certe sentiet, qui Ecclesiae annales evolverit. Ipsae vestrae foederatae civitates num non ab alumnis religiosarum familiarum fidei pariter atque humanitatis initia habuerunt? quorum uni nuper, quod plane vobis laudi fuit, statuam publice ponendam decrevistis. — Nunc vero, hoc ipso tempore, quam alacrem, quam frugiferam catholicae rei religiosi coetus, ubicunque ii sunt, navant operam! Quam pergunt multi novas oras

Evangelio imbuere et humanitatis fines propagare; idque per summam animi contentionem summaque pericula! Ex ipsis, haud minus quam e clero cetero, plebs christiana verbi Dei praecones conscientiaeque moderatores, iuventus institutores habet, Ecclesia denique omnis sanctitatis exempla. — Nec discrimen est laudis inter eos qui actuosum vitae genus sequuntur, atque illos, qui, recessu delectati, orando afflictandoque corpori vacant. Quam hi etiam praecclare de hominum societate merent, mereant, ii norunt profecto qui, quid ad placandum conciliandumque Numen possit *deprecatio iusti assidua,*<sup>1)</sup> minime ignorant, ea maxime quae cum afflictione corporis coniuncta est.

Si qui igitur hoc magis adamant, nullo votorum vinculo, in coetum unum coalescere, quod malint, faxint: nec novum id in Ecclesia nec improbabile institutum. Caveant tamen ne illud pree religiosis Ordinibus extollant; quin potius, cum modo ad fruendum voluptatibus proclivius, quam ante, sit hominum genus, longe pluris ii sunt habendi, qui, *relictis omnibus sequuti sunt Christum.*

Postremo, ne nimiis moremur, via quoque et ratio, qua catholici adhuc sunt usi ad dissidentes revocandos, deserenda edicitur aliaque in posterum adhibenda. — Qua in re hoc sufficit adverte, non prudenter, dilekte Fili Noster, id negligi quod diu experiendo antiquitas comprobavit, apostolicis etiam documentis erudita. — Ex Dei verbo habemus,<sup>2)</sup> omnium officium esse proximorum saluti iuvandae operam dare, ordine graduque quem quisque obtinet. Fideles quidem hoc sibi a Deo assignatum munus utilime exequentur morum integritate, christiana caritatis operibus, instante ad Deum ipsum assiduaque prece. At qui e clero sunt id ipsum praestent oportet sapienti Evangelii praedicatione, sacrorum gravitate et splendore, precipue autem eam in se formam doctrinae exprimentes, quam Tito ac Timotheo Apostolus tradidit. — Quod si, e diversis rationibus verbi Dei eloquendi, ea quandoque preeferenda videatur, qua ad dissidentes non in templis dicant sed privato quovis honesto loco, nec ut qui disputent sed ut qui amice colloquantur; res quidem reprehensione caret: modo tamen ad id muneris auctoritate Episcoporum ii destinentur, qui scientiam integratemque suam antea ipsis probaverint. — Nam plurimos apud vos arbitramur esse, qui ignoratione magis quam voluntate a catholicis dissident; quos ad unum Christi ovile facilius forte adducet, qui veritatem illis proponat amico quodam familiarique sermone.

Ex his igitur, quae huc usque disseruimus, patet, dilekte Fili Noster, non posse Nobis opiniones illas probari, quarum summam *Americanismi* nomine nonnulli indicant. — Quo si quidem nomine peculiaria animi ornamenta, quae, sicut alia nationes alias, Amer-

<sup>1)</sup> Rom. VIII, 29. — <sup>2)</sup> Hebr. XIII, 8. — <sup>3)</sup> Matth. XI, 29.  
— <sup>4)</sup> Philip. II, 8. — <sup>5)</sup> Galat. V, 24. — <sup>6)</sup> Galat. IV, 31.

<sup>1)</sup> Iac. V, 16. — <sup>2)</sup> Eccli. XVII, 4.

ricae populos decorant, significare velint; item si statum vestrarum civitatum, si leges moresque quibus utimini, non est profecto cur ipsum reiiciendum censeamus. At si illud usurpandum ideo est, ut doctrinac superius allatae, non indicentur modo, immo vero etiam cohonestentur; quodnam est dubium, quin Venerabiles Fratres Nostri Episcopi Americae, ante ceteros, repudiaturi ac damnaturi sint utpote ipsis totique eorum genti quam maxime iniuriosum? Suspicionem enim id iniicit esse apud vos, qui Ecclesiam in America aliam effingant et velint, quam quae in universis regionibus est. — Una, unitate doctrinae sicut unitate regiminis, eaque catholica est Ecclesia: cuius quoniam Deus in Cathedra Beati Petri centrum ac fundamentum esse statuit, iure Romana dicitur; *ubi enim Petrus, ibi Ecclesia.*<sup>1)</sup> Quam ob rem quicumque catholico nomine censeri vult, is verba Hieronymi ad Damasum Pontificem usurpare ex veritate debet: „Ego nullum primum, nisi Christum, sequens,

beatitudini tuac, idest Cathedrae Petri communione consocior: super illam petram aedificatam Ecclesiam scio; quicumque tecum non colligit, spargit.“

Haec, dilecte Fili Noster, quae, singularibus litteris, officio munieris ad te damus, ceteris etiam foederatarum civitatum Episcopis communicanda curabimus; caritatem iterum testantes, qua gentem vestram universam complectimur; quae sicut elapsis temporibus multa pro religione gessit, maiora etiam in posterum, Deo feliciter opitulante, praestitaram portendit. — Tibi autem et fidelibus Americae omnibus Apostolicam benedictionem, divinorum subsidiorum auspiciem, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII mensis Ianuarii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicecimo primo.

**Leo PP. XIII.**

## 21.

### Litanije presvetega Srca Jezusovega.

Mnogo raznovrstnih litanij se tiska v naših molitvenih knjigah. Rim je pa dosedaj za vso cerkev potrdil samo litanije vseh svetnikov, lavretanske litanije in presladkega Imena Jezusovega. Samo te litanije so se do najnovejšega časa smelete moliti javno v cerkvah in kapelah; vse druge so se prepovedale. Tudi litanij presvetega Srca Jezusovega do viani Rim ni nikakoršnih odobril, pač pa je prav odločno zabranjeval moliti javno pri cerkvenih pobožnostih one, ki so se v naših knjigah navadno tiskale. Mnogim škopom je Rim odbijal prošnje, da bi se omenjene litanije cerkveno potrdile in pri javni službi božji dopustile. Po pravici je Rim v tem pogledu strog, ker se res vsakovrstne litanije sestavlajo, tiskajo in širijo.

Viani je pa Ivan Robert, škop v Marselju na Francoskem, sv. Očetu predložil neke litanije o presvetem Srcu Jezusovem, katere so vernikom marseljskim prav posebno priljubljene, ker menijo, da so si po teh litanijah l. 1720. od milosti božje izprosili pomoč zoper kugo, ki jih je neusmiljeno morila.

Sv. Oče so kardinalskemu zboru za svete obrede naložili, naj vse naslove teh litanij dobro pretrese in potem o njih izreče svojo sodbo. Sv. zbor je to storil, litanijam dodal še novih šest naslovov, da jih imajo 33 v čast 33 letnega javnega Jezusovega življenja insporočil sv. Očetu, da se sme škofiji Marseljski dopustiti, naj tako popravljene litanije presv. Srca Jezusovega v cerkvah in kapelah javno pri cerkvenih pobožnostih molijo ali pojó.

Ko sem to čul, prosil sem viani, ko sem bil v Rimu, naj se ravno tiste litanije dopusti tudi za mojo ljubljansko škofijo. Želel sem vstreči sebi, duhovnikom in vsemu ljudstvu, da bi imeli od cerkve odobrene litanije presvetega Srca Jezusovega, da bi jih često molili in izprosili si, naj usmiljeni Bog reši kuge telesne, še bolj pa dušne vse nas, vso domovino in ves mili naš narod slovenski.

In res, uslišan sem. V odločbi z dné 23. novembra 1898. so sv. Oče dolične litanije dopustili tudi za našo škofijo. To me je silno razveselilo, ker nameravam pobožnost presvetega Srca Jezusovega v naši škofiji bolj

<sup>1)</sup> S. Ambr. in Ps. XI, 57.

vžgati in razširiti. Odločil sem se namreč vse vernike povabiti, da se letos na praznik presvetega Srca Jezusovega ali pa v nedeljo po tem prazniku vsi skupno sebe, svoje rodbine in vso škofijo posvetimo presv. Srcu Jezusovemu. O tem bom poročal v posebnem pastirskem listu. Kako lepo in krasno in Bogu milo bi bilo, ko bi dotlej kateri od naših skladateljev tem litanijam primeren napev zložil! Morebiti nam to ljubav stori kateri od večih naših oo. frančiškanov.

Dovoljene litanije sem dal prevesti v slovenski jezik. Potrjujem prevod, katerega tukaj priobčujem ter zapovedujem, da se ne smejo nobene druge litanije presv. Srca Jezusovega razun tu natisnjeneh in odobrenih, javno moliti ali peti. V mali obliki tiskane in pripravne, da se shranijo v molitvenik, se dobé v katališki tiskarni in knjigarni v Ljubljani. Poskrbel sem tudi nemški prevod za nemške vernike ljubljanske škofije in tudi edino ta prevod se sme rabiti v nemških cerkvah naše škofije.

Glasé se pa omenjene litanije v latinskom originalu, v slovenskem in nemškem prevodu tako-le:

### Litaniae de Sacro Corde Jesu.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

Fili Redémpor mundi Deus,

Spíritus Sancte Deus,

Sancta Trinitas, unus Deus,

1. Cor Iesu, Fílii Patris aetérni,

2. Cor Iesu, in sinu Virgínis Matris a  
Spíritu Sancto formátum,

3. Cor Iesu, Verbo Dei substancialiter  
unitum,

4. Cor Iesu, Maiestatis infinítæ,

5. Cor Iesu, Templum Dei Sanctum,

6. Cor Iesu, Tabernáculum Altissimi,

7. Cor Iesu, Domus Dei et porta coeli,

8. Cor Iesu, fornax ardens caritatis,

miserere nobis!

9. Cor Iesu, iustítiae et amóris receptáculum,
10. Cor Iesu, bonitáte et amóre plenum,
11. Cor Iesu, virtútum ómnium abyssus,
12. Cor Iesu, omni laude digníssimum,
13. Cor Iesu, rex et centrum ómnium córdium,
14. Cor Iesu, in quo sunt omnes thesaúri sapiéntiae et sciéntiae,
15. Cor Iesu, in quo hábitat omnis plenitúdo divinitátis,
16. Cor Iesu, in quo Pater sibi bene complácuit,
17. Cor Iesu, de cuius plenitúdine omnes nos accépimus,
18. Cor Iesu, desidérium cóllium aeternórum,
19. Cor Iesu, pátiens et multae misericórdiae,
20. Cor Iesu, dives in omnes, qui invocant Te,
21. Cor Iesu, fons vitae et sanctitátis,
22. Cor Iesu, propitiatio pro peccátis nostris,
23. Cor Iesu, saturátum opprobriis,
24. Cor Iesu, attritum propter scélera nostra,
25. Cor Iesu, usque ad mortem obédiens factum,
26. Cor Iesu, láncea perforátum,
27. Cor Iesu, fons totius consolatiónis,
28. Cor Iesu, vita et resurréctio nostra,
29. Cor Iesu, pax et reconciliatio nostra,
30. Cor Iesu, víctima peccatórum,
31. Cor Iesu, salus in Te sperántium,
32. Cor Iesu, spes in Te moriéntium,
33. Cor Iesu, deliciae Sanctórum ómnium,

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,  
parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,  
exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,  
miserére nobis.

*V.* Iesu mitis et húmilis Corde,

*R.* Fac cor nostrum secúndum Cor  
tuum.

## Orémus.

Omnípotens sempítérne Deus, réspice in Cor dílectíssimi Fílii tui, et in laudes et satisfactíones, quas in nómíne peccatórum Tibi persólvit, iísque misericórdiam tuam peténtibus, Tu véniam concéde placátus, in nómíne eiúsdem Fílii tui Iesu Christi: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per omnia saécula seaculórum. Amen.

### Litanije v čast presvetemu Srcu Jezusovemu.

- Gospod, usmili se nas!  
 Kriste, usmili se nas!  
 Gospod, usmili se nas!  
 Kriste, sliši nas!  
 Kriste, usliši nas!  
 Bog Oče nebeški,  
 Bog Sin, odrešenik sveta,  
 Bog sveti Duh,  
 Sveta Trojica, en sam Bog,  
 1. Srce Jezusa, Sinú večnega Očeta,  
 2. Srce Jezusovo, v Materi Devici od svetega Duha upodobljeno,  
 3. Srce Jezusovo, z Besedo božjo v osebi združeno,  
 4. Srce Jezusovo, neskončno veličanstveno,  
 5. Srce Jezusovo, sveti tempelj božji,  
 6. Srce Jezusovo, šotor Najvišjega,  
 7. Srce Jezusovo, hiša božja in vrata nebeška,  
 8. Srce Jezusovo, žareče ognjišče ljubezni,  
 9. Srce Jezusovo, posoda pravice in ljubezni,  
 10. Srce Jezusovo, dobrote in ljubezni polno,  
 11. Srce Jezusovo, brezno vseh čednostij,  
 12. Srce Jezusovo, vse hvale najbolj vredno,  
 13. Srce Jezusovo, kralj in središče vseh src,  
 14. Srce Jezusovo, v katerem so vsi zakladi modrosti in znanosti,

usmili se nas!

15. Srce Jezusovo, v katerem biva vsa polnost božanstva,  
 16. Srce Jezusovo, nad katerim ima Oče svoje posebno dopadenje,  
 17. Srce Jezusovo, iz čigar polnosti smo vsi prejeli,  
 18. Srce Jezusovo, hrepelenje večnih višav,  
 19. Srce Jezusovo, potrpežljivo in neskončno usmiljeno,  
 20. Srce Jezusovo, bogato za vse, ki te na pomoč kličejo,  
 21. Srce Jezusovo, vir življenja in svetosti,  
 22. Srce Jezusovo, sprava za naše grehe,  
 23. Srce Jezusovo, z zasramovanjem nasičeno,  
 24. Srce Jezusovo, zavoljo naših hudobij potrto,  
 25. Srce Jezusovo, do smrti pokorno,  
 26. Srce Jezusovo, s sulico preboden,  
 27. Srce Jezusovo, vir vse tolažbe,  
 28. Srce Jezusovo, življenje in vstajenje naše,  
 29. Srce Jezusovo, mir in sprava naša,  
 30. Srce Jezusovo, krvava žrtev za grešnike,  
 31. Srce Jezusovo, zveličanje v tebe upajočih,  
 32. Srce Jezusovo, upanje v tebi umirajočih,  
 33. Srce Jezusovo, sladkost vseh svetnikov,  
 Jagnje božje, ki odjemlješ greha sveta, zanesi nam, o Gospod!  
 Jagnje božje, ki odjemlješ grehe sveta, usliši nas, o Gospod!  
 Jagnje božje, ki odjemlješ grehe sveta, usmili se nas!  
*V. Jezus krotak in iz srca ponižen,*  
*O. Vpodobi po svojem naše srce.*

Molímo.

Vsemogočni večni Bog, ozri se na Srce svojega preljubega Sira, in na češčenje in zaduščenje, katero ti daje v imenu grešnikov,

usmili se nas!

ter tako potolažen odpusti njim, ki prosijo tvojega usmiljenja, v imenu istega svojega Sina, Jezusa Kristusa, ki s teboj živi in kraljuje v edinstvi svetega Duha, Bog, na vekov veke. Amen.

### Litanei vom heiligsten Herzen Jesu.

Herr, erbarme Dich unsrer.

Christe, erbarme Dich unsrer.

Herr, erbarme Dich unsrer.

Christe, höre uns.

Christe, erhöre uns.

Gott Vater vom Himmel,

Gott Sohn, Erlöser der Welt,

Gott, heiliger Geist,

Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott,

1. Herz Jesu, des Sohnes des ewigen Vaters,

2. Herz Jesu, im Schoße der jungfräulichen Mutter vom heiligen Geiste gebildet,

3. Herz Jesu, mit dem Worte Gottes wesenhaft vereinigt,

4. Herz Jesu, von unendlicher Majestät,

5. Herz Jesu, heiliger Tempel Gottes,

6. Herz Jesu, Bundeszelt des Allerhöchsten,

7. Herz Jesu, Haus Gottes und Pforte des Himmels,

8. Herz Jesu, brennender Feuerofen der Liebe,

9. Herz Jesu, Gefäß der Gerechtigkeit und Liebe,

10. Herz Jesu, voll von Güte und Liebe,

11. Herz Jesu, Abgrund aller Tugenden,

12. Herz Jesu, höchst würdig jeglichen Lobes,

13. Herz Jesu, König und Mittelpunkt aller Herzen,

14. Herz Jesu, in dem alle Schätze der Weisheit und Wissenschaft sind,

15. Herz Jesu, in welchem die ganze Fülle der Gottheit wohnt,

16. Herz Jesu, an welchem der Vater sein innigstes Wohlgefallen hat,

17. Herz Jesu, aus dessen Fülle wir alle empfangen haben,

18. Herz Jesu, Sehnsucht der ewigen Hügel,

19. Herz Jesu, geduldig und von großer Erbarmung,

20. Herz Jesu, reich für alle, welche Dich anrufen,

21. Herz Jesu, Quelle des Lebens und der Heiligkeit,

22. Herz Jesu, Süßnopfer für unsere Sünden,

23. Herz Jesu, mit Schmähnungen gesättigt,

24. Herz Jesu, zerschlagen wegen unserer Missenthalten,

25. Herz Jesu, bis zum Tode gehorsam geworden,

26. Herz Jesu, mit der Lanze durchbohrt,

27. Herz Jesu, Quelle alles Trostes,

28. Herz Jesu, unser Leben und unsere Auferstehung,

29. Herz Jesu, unser Friede und unsere Versöhnung,

30. Herz Jesu, Schlachtopfer für die Sünder,

31. Herz Jesu, Rettung derjenigen, die auf Dich hoffen,

32. Herz Jesu, Hoffnung derjenigen, die in Dir sterben,

33. Herz Jesu, Wonne aller Heiligen,

O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, verschone uns, o Herr!

O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, erhöre uns, o Herr!

O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, erbarme Dich unsrer!

N. Jesus, sanft und demüthig von Herzen,  
R. Bilde unser Herz nach Deinem Herzen.

Lasset uns beten!

Allmächtiger, ewiger Gott! schaue hin auf das Herz Deines vielgeliebten Sohnes und auf die Lobpreisungen und Genugthuungen, welche es Dir im Namen der Sünder darbringt, und durch dieselben versöhnt gewähre allen Verzeihung, welche Deine Barmherzigkeit anrufen, im Namen Deines nämlichen Sohnes Jesus Christus, der mit Dir lebt und regiert in Einigkeit des heiligen Geistes Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

V Ljubljani, na dan presv. Krvi Jezusove 1899.

† Anton Bonaventura,  
knez in Škof.

22.

## Prečastitim gospodom dekanom!

Poziv p. n. gosp. dekanom, objavljen v št. 1., str. 28. letosnjega ljubljanskega škofjskega lista spopolnjujem z nastopnimi določbami:

Predmet posvetovanju bo:

1. Naši zavodi: načrti in stroški;
2. dosedanji prispevki;
3. način prispevkov iz cerkvenega premoženja;
4. praznovanje konca 19. stoletja in sicer
  - a) romanje v Jeruzalem, za kar se bo predložil točen program;
  - b) sodalitas sacerdotum in sploh češenje božjega Srca Jezusovega v presv. Rešnjem Telesu; praznovanje 1. petka ali 1. nedelje vsakega meseca;
  - c) posvečenje vse škofije božjemu Srcu letos na praznik sam 9. junija ali v nedeljo po prazniku 11. junija;

d) romanje na domače božje poti;

e) katoliški shod leta 1900.;

f) sv. misijoni;

5. o današnjem družabnem gibanju v naši škofiji, posebno o pomočkih, kako vse stanove obvarovati, da se ne zvodijo s tal krščanske vere;
6. o kanonični vizitaciji;
7. prosti predlogi, ako so se o pravem času knezoškofijskemu ordinarijatu nazzanili.

Zborovanje se bode vršilo v veliki dvorani škofijske palače; začelo se bode točno ob pol desetih predpoldne. Pričakujem vse p. n. gg. dekane, odnosno njihove namestnike.

V Ljubljani, 19. marca 1899.

† Anton Bonaventura,  
knez in škof.

23.

## Vprašanja za pastoralne konferencije v letu 1899.

1. Nevarnosti za duhovnike naše škofije gledé na razna družabna gibanja. Kako se jim je mogoče izogniti? Kako naj duhovnik sploh postopa ozir kmetijskih zadrug, hranilnic in posojilnic, ter konsumnih društev?

2. Kako naj bi se pridobili za pogostneje prejemanje sv. zakramentov odrasli mladiči in možje? Kako posebno v župnijah, v katerih je večja mlačnost, da, morebiti velika nevarnost za čvrsto versko prepričanje in krščansko življenje.

3. Kako naj župnik postopa, ko prinesejo k sv. krstu otroka zakonske žene, ki morda že več let ne biva skupaj z možem.

Najboljše rešitve se bodo priobčile v škofijskem listu.

V Ljubljani, 4. nedelja v postu 1899.

† Anton Bonaventura,  
knez in škof.

24.

## Kanonična vizitacija in sv. birma.

### A.

Ves red sv. birmi pri prihodnji vizitaciji, birmovanju in odhodu ostane, kakor je bil do sedaj v smislu cerkvenih določil za škofe odločen in v navadi.

Dodam pa samo to-le:

1. Koj po prihodu in blagoslovu v cerkvi naj se zbere po možnosti vsa šolska mladina v šoli, kamor bom iz cerkve pohitel, da čujem, kako je podučena v krščanskem nauku.

2. Rano od petih do osmih (ali  $8\frac{1}{2}$ ) bom povsod spovedoval. Ljudstvu naj se oznani, da dobi popolni odpustek vsakdo, kdor se skesano spove, prejme vredno sv. obhajilo in moli za edinost vladarjev, za zatrje krivovertva, za spreobrnjenje grešnikov in za povišanje matere sv. cerkve. Bilo bi dobro, da tudi drugi duhovni gospodje spovedujejo.

3. Cerkveno premoženje bo v pričujočnosti g. župnika pregledal dotični g. dekan; pri g. dekanu pa oni g. župnik, katerega bom za to pooblastil. Meni naj se pa v sobi pripravi promemoria, cerkvene matice in spominske knjige, ako jih župnija ima.

Prosim prav resno, naj bo obed kratek, še krajsa pa večerja!

## B.

### *Red visitacije in sv. birma v aprilu.*

V Postojni bo sv. birma 3. nedeljo po veliki noči, 23. aprila. Prišel bom v soboto popoldne ob treh z vlakom; odhod iz Postojne bo v ponedeljek 24. aprila zjutraj ob osmih.

Na potu bom ogledal cerkev, župnišče in šolo v Matenji Vasi. Potem obiščem še pred poldнем šolo v Slavini. Popoldne obiščem ekspoziture v Št. Petru in Trnu. V torek, 25. aprila, je v Slavini sv. birma.

Popoldne 25. aprila se odpeljem v Hrenovice, na potu obiščem ekspozituro Orehek. V Hrenovicah je sv. birma 26. aprila. Iz Hrenovic se odpeljem hitro po kosišu skozi Razdrto in Ubeljsko v Senožeče.

V Senožečah bo sv. birma v četrtek 27. aprila. Popoldne odpotujem v

Vreme, kjer bo sv. birma v petek 28. aprila. Še tistega dne pridem na Suhorijo, kjer bo sv. birma v soboto 29. aprila. S Suhorije bom šel v Košano, kjer bo sv. birma v nedeljo 30. aprila. Popoldne v nedeljo se popeljem v Nadanje Selo, da podelim sv. bimo v

ponedeljek 1. maja. Od tod bom prišel popoldne 1. maja na Prem, kjer bo sv. birma v torek 2. maja.

Popoldne pridem v Trnovo, kjer bo sv. birma v sredo 3. maja; popoldne bom obiskal Harije in Postenje, v četrtek 4. maja bom še obiskal šolo častnih šolskih sestrâ in pri njih opravil kanonično vizitacijo.

V Knežak pridem v četrtek 4. maja popoldne, pa bom birmo delil v petek 5. maja. Popoldne se popeljem v Zagorje, kjer bom birmoval v soboto 6. maja. Popoldne pa se vrnem nazaj v Ljubljano.

## C.

### *Kanonična vizitacija in sv. birma v maju.*

Začne se v soboto 13. maja v Sostrem, kamor pridem v petek 12. maja ob štirih. V nedeljo 14. maja bo sv. birma pri Devici Mariji v Polju, v ponedeljek 15. maja na Ježici, v torek 16. maja v Šmartnem pod Šmartno Goro, v sredo 17. maja v Preski, v četrtek 18. maja na Sori.

Binkoštne praznike bo sv. birma kakor po navadi v Ljubljani v stolni cerkvi. Vizitacijo vseh ljubljanskih župnih cerkv si pridržim za jesenski čas.

Po binkoštih praznikih bo sv. birma v preostalih župnijah ljubljanske dekanije in sicer:

Pri sv. Katarini, kamor pridem v torek popoldne, bo sv. birma v sredo 24. maja, na Brezovici v četrtek 25. maja, v Rudniku v petek 26. maja, v Želimljah v soboto 27. maja.

V vse naštete župnije bom skušal priti popoldne okoli štirih, da bom še imel dovolj dneva za obisk šole in šolskih otrok.

V Ljubljani, na praznik sv. Jožefa 1899.

† Anton Bonaventura,  
knez in škof.

25.

## Velečastitim gg. duhovnikom!

Srce me žene, da se p. n. gg. duhovnikom koj zahvalim za požrtvovalnost, s katero so mi premnogi doposlali lepih darov, pa tudi po posameznih dekanijah obljudibili izdatnih vsakoletnih prispevkov za naše zavode. Prav posebno me pa tolažijo sporočila, da ljudstvo povsod rado in veselo prispeva, kar more. Prosim vse p. n. župnike, da se jim z prižnice v mojem imenu prav lepo zahvalijo.

Rad bi vsaki župniji in vsacemu darovatelju osebno pisal, ali ni mogoče. Zato tem potom zakličem vsem: Bog naj Vam povrne darove tisočkrat!<sup>1)</sup>

V Ljubljani, na praznik sv. Jožefa 1899.

† Anton Bonaventura,  
knez in škof.

<sup>1)</sup> Gospodje, ki prispevkov prvega kvartala še niso poslali, naj pohite, ker morajo računi do shoda gg. dekanov biti v redu.

26.

## Orationes imperatae.

Loco orationis imperatae pro summo Pontifice, quae nunc a die 1. Novembris usque ad 1. Maii quotidie dicenda est, et loco orationum inter diversas num. 16., 17. et 18., quarum una vel altera, prout necessitas exigit, a 1. Maii usque ad 1. Novembris addenda est, per totum anni tempus, quando rubricae id permittunt,

singulis feriis V. sumatur oratio pro Imperatore, singulis sabbatis vero oratio pro Episcopo dioecesano.

*Ordinariatus episcopalis Labaci*, die 14. Martii 1899.

† Anton Bonaventura,  
episcopus.

27.

## C. kr. konservatorji za kranjsko kronovino.

Na željo c. kr. centralne komisije za umetniške in zgodovinske spomenike na Dunaju objavljamo pismo te komisije z dné 13. januarja 1899, štev. 75, ki slove:

„Im Hinblicke auf das seinerzeit an Euere fürstbischöfliche Gnaden ergangene Schreiben des hohen k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 8. März 1897, Z. 3343, womit das Einvernehmen der kirchlichen Organe mit den Conservatoren bei jedweder Veränderung von künstlerisch oder historisch werthvollen kirchlichen Denkmälern angebahnt wurde, beehe ich mich Euerer fürstbischöflichen Gnaden in der Anlage ein Verzeichnis der mit Beginn des Jahres 1899 activen Conservatoren desjenigen Kronlandes, in welchem das Gebiet der Euer fürstbischöflichen Gnaden weiser Leitung unterstehenden Diöcese liegt, mit dem Ersuchen zu übermitteln, die Veröffentlichung desselben im wohl-dortigen Diözesanblatte gütigst anordnen zu wollen, und danke Euer fürstbischöflichen Gnaden im Vorhinein verbindlichst für die Erfüllung dieser meiner Bitte.“

Hiebei kann ich nicht unerwähnt lassen, dass den Conservatoren I. Section die Obsorge für Objecte der prähistorischen Zeit und der antiken Kunst (Monumente, Münzen, Geräthe etc.), jenen der II. Section die Obsorge für Objecte der Architektur kirchlicher und profaner Richtung, der Plastik und Malerei, der zeichnenden Künste des Mittelalters und der neueren Zeit bis zum Schlusse des 18. Jahrhunderts, dann für mittelalterliche Münzen und Siegel bis zu derselben Zeitgrenze, endlich jenen der III. Section für historische Denkmale ver-

schiedener Art, namentlich Archivalien, von der ältesten Zeit bis zum Schlusse des 18. Jahrhunderts obliegt.“

V predstoječem pismu omenjeni zapisnik c. kr. konservatorjev za kranjsko kronovino se glasi:

**Črnologar** Konrad, Volksschullehrer in St. Marein bei Laibach (II. für die Bezirkshauptmannschaften Laibach-Umgebung u. Littai); ernannt mit M. E. vom 27. September 1897, Z. 23.430.

**Franke** Johann, kaiserl. Rath, Professor an der kais. königl. Staats-Ober-Realschule in Laibach (II. für die Bezirkshauptmannschaften Krainburg, Radmannsdorf und Stein); seit 1882; wiederbestätigt mit M. E. vom 30. October 1897, Z. 26.624.

**Koblar** Anton, Zwangsarbeitshaus-Curat und Archivar des Krainischen Landesmuseums „Rudolfinum“ in Laibach (III. für das Herzogthum); ernannt mit M. E. vom 29. November 1894, Z. 24.906.

**Rutar** Simon, Gymnasial-Professor in Laibach (I. für das Herzogthum); seit 1889; wiederbestätigt mit M. E. vom 7. März 1894, Z. 3376.

**Šubic** Johann, Director der k. k. Fachschule in Laibach (II. für die Bezirkshauptmannschaften Adelsberg, Loitsch und die Stadt Laibach); ernannt mit M. E. vom 5. Juli 1897, Z. 19.539.

**Vrhovec** Johann, k. k. Gymn.-Professor in Rudolphswert (II. für die Bezirkshauptmannschaften Gottschee, Gurfeld, Rudolphswert und Tschernevbl); ernannt mit M. E. vom 14. Februar, 1895, Z. 2015.

28.

## Pismo c. in kr. vojaškega poveljništva štev. 3

glede vpošiljanja ex offo mrtvaških listov vojakov v pokoju ali v razmerju izvan službe.

C. in kr. 3. korno poveljništvo v Gradeu piše v dopisu z dné 19. februarija 1899, št. 815, doslovno:

„Das k. u. k. 3. Corps-Commando beeht sich hiemit das diensthöfliche Ansuchen zu stellen, ein hoch-

würdigstes fürstbischöfliches Ordinariat wolle die unterstehenden Pfarr-, beziehungsweise Matrikelämter gefälligst anweisen, dass dieselben bei vorkommenden Sterbefällen von Militär-Personen des Ruhestandes oder des

Verhältnisses ausser Dienst, sogleich einen ex offo Todtenschein an die betreffende k. k. Bezirkshauptmannschaft oder an das Ergänzungsbezirks-, beziehungsweise Platz-Commando einsenden, da es öfter vorgekommen ist, dass dies unterlassen und dadurch die genaue Evi-

denzführung der Militär-Personen oberwähnter Category sehr erschwert, wenn nicht unmöglich gemacht wurde.“

Kar se daje č. župnim uradom na znanje z narčilom, naj se natančno po tem ravnajo.

## 29.

**Missae diebus festis suppressis et in casu binationis.**

Anno elapso in folio hoc („Lj. Škofijski list“ 1898 I. 7. pag. 14) communicata est facultas, obtenta a Sede Apostolica die 18. Maii 1896, cuius vigore omnes sacerdotes ad applicandum pro populo obligati solvuntur ab hac obligatione in diebus festis suppressis, ea tamen sub conditione, ut mittant stipendium hoc modo acceptum Ordinario pro indigentia dioecesis.

Relate ad hoc mandatum omnes sacerdotes, qui vigore memorati indulti non tenentur applicare

missam pro populo diebus festis suppressis, enixe rogantur, ut reapse utantur hac facultate et illis diebus accipient stipendium, istudque mittant Ordinario ad finem praedictum.

Idem valeat de stipendio percipiendo pro secunda missa ab iis sacerdotibus, qui binandi facultate fruuntur.

Ne autem ulli excusationi detur locus, omnes, qui missarum stipendiis carent, adeant Ordinariatum episcopalem, qui illis necessaria procurabit.

## 30.

**Konkurzni razpis.**

Ker je bil zadnji razpis Wollwiz-Flachendorfovega kanonikata pri stolni cerkvi sv. Nikolaja v Ljubljani (glej Ljubljanski škofijski list z leta 1897., št. III., str. 39 in 40) brezvšezen — ni se namreč zglasil zanj noben plemenit prosilec, kar Flachendorfovo ustanovno pismo naravnost zahteva — razpisuje se ta združeni kanonikat z novega in sicer sedaj po določilih Wollwizevega ustanovnega pisma, ki pa ne plemenitih prosilcev ne izključujejo. Po določilih ustanovnega pisma Lavrencija pl. Wallwiza imajo namreč pravico do njegovega kanonikata v prvi vrsti ustavitev potomci in sorodniki, ako bi takih ne bilo, pa duhovniki sploh.

Prosilci za ta kanonikat naj naslové svoje prošnje na veleslavni deželni odbor vojvodine Kranjske ter naj

je vložé najpozneje do 15. aprila 1899 pri kn. šk. ordinariatu v Ljubljani.

Razpisuje se tudi župnija Leskovec pri Krškem v dekaniji istega imena, stoječa pod patronstvom cesarjevim, in pa župnija Bela Cerkv v novomeški dekaniji, stoječa pod patronstvom verskega zaklada.

Prosilci za te dve župniji naj naslové svoje prošnje na veleslavno c. kr. deželno vlado v Ljubljani.

Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se s tem določi 30. april 1899.

Želeti je, da bi dobila božjepotna cerkev sv. Jošta nad Kranjem svojega ekspozita vsaj za poletni čas. Ako bi kateri izmed č. gospodov želel iti k sv. Joštu, naj naznani to svojo željo pismeno knezoškofijstvu do 15. aprila 1899.

## 31.

**Škofijska kronika.**

Kn. šk. duhovnim svetnikom je bil imenovan č. g. Martin Poč, župnik v Komendi.

Župnija Hrenovice je bila podeljena častiemu g. Antonu Žgurju, župniku v Beli Cerkvi; na novo ustanovljena župnija Vrhpolje pri Vipavi pa

dosedanjemu tamoznjemu kuratu č. g. Henriku Dejaku.

Umrle je č. g. dr. Jurij Sterbenc, nadžupnik v Leskovcu pri Krškem, dné 14. marca 1899. — Priporoča se v molitev č. g. gospodom duhovnim sobratom.

**Knezoškofijski ordinariat ljubljanski, dné 19. marca 1899.**

*Za pirhe se razpošilja te dni knjižica, katero so obljubili premilostni gospod knez in škof v svojem božičnem pastirskem listu kot spomin na potovanje v Lurd.*

*Č. gg. župniki naj jo blagovolijo razdeliti v primeri s številom prejetih izvodov kolikor mogoče enakomerno med svoje župljane tako, da dobi vsaka vas nekaj iztisov.*